mala non sit. Nisi dampnandis; Laudat quippe diem mortis
que et philosophi gencium laudauerunt. Ne uideatur dampnare
id quod est naturaliter accidit; Mors quippe naturaliter accidit;
et quicquid naturaliter agitur necessarium comprobatur; De qua
cato; Que si bona non est finis tamen illa illa malorum est; Cum ergo scis clarum est
sit utrum potestate habeant peccare uel non peccare; Cur tamen ant
labi in calcaneo; Maxime cum proposuerint abstinere a pec
cato. Quos ergo iniquitas calcanei circumdedit subdit inqui
ens; Qui confidunt in uirtute sua gigantes sunt sicut et po
tentes sicut qui uiribus corporis extolluntur. Siue etiam philo
sophi gencium qui sibi tribuebant quicquid boni habebant et
gloriabantur nimio tumore diuiciarum scientie sue. Poss et phos quin
multitudine diuiciarum suarum gloriantur. iudei intellegi qui cog
nitione diuina et sanctarum scripturarum sciencia inflabantur. ideoque
in calcaneo corruerunt. Frater non redimit redimet homo. fr
nr dignatur xps appellari per susceptionem nature nostre cre
ator et conditor tocius nature; Siue etiam frater dicitur pro eo quod
nos unda baptismatis renatos adobtiuos dei patris reddit filios.
alloquitur ergo propheta iudeos; Vos inquit homo dei dicitis.
quia frater .i. xps non redemit nos; Redimet ergo omo .i.
adam uel moyses in quo confiditis non utique. Non dabit deo
placacionem suam; ab hoc loco perplexa ualde est exposicio.
et ideo necesse est ut tam eam hic accipiamus sicut et sanctis pa
tribus traditum habemus; Nam sancta scriptura sic est. ue
luti quedam mensa diuersos gustus habens et omnium cibo
rum generibus referta. in qua unusquisque id accipiat quod
ei placet. cassiodorus ergo hoc de iusto aliquo accipit; Non